(2) *Celera*, detto anche *Scelera*. Il fiumicello Scilaro, che scorreva sotto le mura di Lodi verso mattina.

(3) *Muctia* o Muzza. L'acqua che irrigava l'agro Muziano. Chiamossi Muzzetta, dopo che verso il 1220 fu costrutto il canale maggiore della Muzza.

(4) Così l'apografo. Forse l'originale aveva *pontis dicti*.

solidos xx. Item clausura de *Benenaco* (1) que habet iuge una et octo perticas legiptimas et tabolas x estimata est solidos xxx. Item ad *Roverica* iugias duas valente solidos xxiiii seu a *Sco Panscatio* (2) iuge una et perticas viii legiptimas valente solidos sedecim: et runco ad *Lambro* iuges numero novem estimatum est solidos clxx, atque et pratas et ripa Lambro in pecias quattuor que sunt iuges tres et perticas duas, estimatum est solidos xxx: nec non et in *Surbano* inter vites cesas et silvas casa et curtivo iuges quattuordecim, estimatum est solidos xl: seu et in *Paterno* (3) inter cesas et silvolas iuges xx et tres et perticas novem estimate sunt solidos cc. Ista omnia suprascripta loca pertinent de territorio Laudensi; seu et domum cultilem in *alio Paterno* de suprascripto territorio Laudensi habet vites terras casteneto cum cerrecto seu terra massaricia vel aldionaricia insimul iuges numero xiii: estimatum est solidos numero ccxxx. Item et de curte in *Valletellina* dedit predicta Anselperga ipsa Natalia et Pellagia estimatum solidos quingentos quinquaginta: id est aldiones quattuor cum omnibus res eorum: estimatum est solidos ccc quadraginta. Id est nomina eorum Deusdedit, Lupo, Wifredo atque

1) Secondo il Cereda, *Benenato*.

(2) Forse l'originale recava *S. Pancratio*. È a lamentarsi che dell'importante documento non si conosca sin qui che l'apografo da noi recato.

(3) *Paterno*. Più Paterni di Lombardia ricordano le carte medievali. V'ha il bresciano, il milanese ecc. Qui parlasi d'uno dei due Paterni lodigiani. E al lodigiano spettano appunto i luoghi d'Asiella, Gambate, Maconi Breola, Benenaco, Roverica, il ronco al Lambro, Surbano, ecc. in questa Carta ricordati. *Ista omnia*, conchiude, *pertinent de territorio Laudensi*.

Heborio insimul aldiones, seu et terra in loco *Castellaria* valente solidos centum quinquaginta, que sunt iuges numero x, estimatum est hec omnia suprascriptas res per Gaupert sculdasius, Gauso filius quondam Giselis, Georio, Donato primicerio, Daiperto, Warnefrit, Pottone perequatore, Adoin notarius, Andreas clericus et Arioald filius quondam *Gervasii aurefice* (1) totos insimul estimate sunt res iste quas estimaverunt solidos quattuor milia. Et ad vicem recepit is ipsa Anselberga abbatissa in causa comutacionis ad suprascriptas Natalia et Pellagia germanas id est curte super fluvio Ollio in finibus brixianas locus qui dicitur *Alphiano* cum medietate de omnibus rebus ad ipsam curtem pertinentem tam de massariis vel de pecculiarem, id est cum omnem edificia curte orto arrea campis vineis pratis pascuis silvis astalariis rivis atque paludibus simulque et *rechona* (2) cum ripa fluvii cultum et incultum una cum pomiferis et infructuosis ut dictum est in integrum inibi in ipso loco a predicta curte pertinere videtur. Unde aliam talem medietatem ante hos annos tu qui supra Anselperga ex comparatione habere videritis de *Ipolito Episcopo civitatis laudensis* eo quod ipse quondam genitor noster instituerat ut per manus pontificis nostri istius civitatis laudensi fieri venundatus est pro eius anima pauperibus distribueret tantumodo de ista medietate anteposito centum xx iugias terra et

(1) Fra tanta penuria di nomi d'artefici lombardi del secolo VIII, giovi la ricordanza di questo GERVASIO orefice, probabilmente lodigiano, del 761.

(2) Vedi la nota sullo Recone, alla Carta IV, 4 ott. 760.

silva que ego Natalia ante hos annos in comutatione dedit in Benigno et Boni et Angefrit [1] germanis, nam aliud omnia et in omnibus in integrum de quantum de quondam genitore nostro nobis advenit in ipso loco, *causa vegorationes* [2] dedimus. Ergo his comutatis rebus superius comprehensis una cum edificia et accessione sua vel adiacentia sive iure optime vindicabunt et faciant omni tempore ipsas vel successores eorum de res superius comprehensas de res quas inter se comutaverunt quicquid voluerint, excepto de familia que per suprascriptas locas sex comutaverunt in sua omnem familia ad ipsas res pertinentes unus alterum in sua reservaverunt potestate. De quibus et pena inter se posuerunt, ut si qua pars vel successores aut heredes earum seu de presenti convenentia removere voluerint aut aliquid subtrahere quesierint, unus alterum omni tempore non defensaverint, componat res contradixerint aut subtrahere voluerint aut defensare minime potuerint in duplum et post soluta pena, predictas cartulas in sua maneant firmitatem. Unde duas cartulas uno tenore constructas inter se fieri voluerunt et ad invicem tradiderunt, quas et ego Compertus notarius regis *et pōī (sic)* rogatus a partibus perscripsi. Actum Ticino die et indictione suprascripta xv feliciter. Signum manus Natalie que hanc cartulam fieri rogavit. † Pellagia venerabili abbatissa huic cartule convenentie a me facte relegi subscripsi et testibus obtuli roborande. Ego Alchis

(1) Cereda, *Augefrid.*

(2) Nell'originale fors'era — *causa vegerationis*, cioè di permuta, di trasporto.

v. v. huic cartula comutationis facta a Natalia coniuge mea ex ipsius Natalia consensit voluntate. Signum manus Lazaro *gasindius domne regine* filius quondam Putioni (1) de Cremona testis. Signum manus Dondonio fil. quondam Tresemundi testes. Ego Gonpertus u. u. rogatus a Natalia et Pelagia germanas testes subscripsi atque me presente confirmaverunt et eorum relectum est. † Rotelme u. u. rogatus a Natalia et Pellagia germanas testes scripsi et in hanc cartulam convenentie que me presente confirmaverunt et ipsius Natalie Alchis consensit et eorum relectum est. † Ego Ebfanius rogatus a Natalia et Pellagia germanas testes subscripsi que me presente confirmaverunt et ipsius Natalie Alchis consentit et earum relectum est. † Ego Gonpertus notarius regie potestatis scriptor huius cartole quam post tradita complevi et dedi.

X.

Ann. 762, 26 ottobre.

Bolla di Paolo I ad Anselperga badessa del monastero bresciano di s. Salvatore, che libera il monastero da qualvogliasi dipendenza episcopale.

COQUELINES, *Bull. Rom.* I. 157. — MARGARINO, *Bull. Casin.* II. 7. TROYA, Cod. Dipl., Parte V, p. 244.

Da un antico apografo Quiriniano (2).

† Paulus episcopus servus servorum Dei Ansilpergae religiosae abbatissae venerabilis monasterii

(1) CEREDA, *Pictioni*.

(2) Due apografi del sospetto documento possiede la Quiriniana,

domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi siti infra civitatem Brixiam quod a nobis fundare visa est Ansa excellentissima regina eiusque congregationi cum religiosissimis et sanctissimis coepiscopis in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda quae rationalibus congruunt decretis, oportet ut piae devotionis implorationi in prestandis privilegiis minime denegetur. Igitur quia postulatis a nobis quatenus venerabile monasterium domini salvatoris nostri Iesu Christi sito infra civitatem brixianam quod noviter fundare visa est Ansa excellentissima regina privilegii sedis apostolicae infulis

il meno antico de' quali è dal BRUNATI ascritto (*Vite di Ss. Bresc.* I, 357) al sec. XIV. Quest'ultimo, dopo la firma di cinque vescovi, reca le attestazioni di un *Hermannus iudex et missus quondam dni Lotarii piissimi imperatoris* (Lotario II, a. 1125-1137), di un notaio, ecc. per l'autenticità dell' esemplare. Ho altrove (*Storie Bresciane*, III. 40, *doc.* XXIII *del Cod. Dipl.*) già dubitato di questa carta, che tutti ponevano, ed io con essi, al 763, ma che, foss'anco genuina, sarebbe a tenersi coll'JAFFÈ (*Regesta Pont. Rom. ed.* 1851, *p.* 196) del 762. A' miei, s'aggiunsero i dubbi del BRUNATI (luogo cit.). Strana è invero la soscrizione di que' presuli istessi, che firmarono quella (sarà data più innanzi) di Sigoaldo patriarca d'Aquileja. Il primo di que' vescovi è di Reggio; il terzo, di Piacenza, l'uno e l'altro di città non sottoposte al Patriarca, e però distanti da Roma, e troppo facilmente riuniti per luogo e per età nelle due ricordate Carte. La più sospetta parrebbemi codesta di Paolo I, *fabbricata* prima del regno di Lotario e dopo la caduta di Desiderio, quando le monache bresciane, cessata la potenza del patriarcato e del re longobardo, de' quali avevano la protezione, sentirono il bisogno di una bolla pontificale, molto più che il decreto di Sigoaldo, come vedremo, non potea certo gradire alla Corte di Roma. L'egregio JAFFÈ, registrando questa Carta, francamente aggiunse - *tabula suspecta*. Parrebbe dunque doversi porre a fascio con quelle del senatore Albino (a. 713) di Ariprando da Cremona (a. 753) e d'altre assai, che il dotto Prof. WÜSTENFELD di Gottinga da tempo ha rifiutate, e delle quali solo adesso principiano parecchi a sospettare.

decoretur, concordantibus nobis reverentissimis coëpiscopis nostris, ex communi assensu statuere decrevimus ut prefatum monasterium domini Salvatoris cunctaque monasteria cum universis basilicis ad se pertinentibus quae a piissimae Ansae reginae iure constructa esse noscuntur, apostolicae sedis privilegii infulis cui Deo auctore deservimus, decoretur. Quapropter piis desideriis vestris et nostra ac coepiscoporum nostrorum auctoritate quod recte exposcitur mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem vel pontificem seu cuiuscumque dignitatis spiritalis ministrum quamlibet habere ditionem in praefato monasterio prohibemus, ita ut nisi ab abbatissa prenominati monasterii fuerit invitatus nec etiam missarum ibidem solempnitatem quispiam presumat omnimodo celebrare, nec ibi aliquod ecclesiastici officii praeter abbatissae voluntatem audeat tractare; de cuius insuper monasterii uniuscuiusque abbatissae consecratione sanciri communiter decrevimus ut sibi liceat a quocumque et de quacumque civitate voluerit episcopo consecrari. Cuiuscumque vero ordinis clerici eiusdem abbatissae rogitu similiter a quocumque et de quacumque civitate voluerit episcopo expetantur vel consecrentur. Quibus etiam licentiam concordi institutione concessimus chrisma tempore baptismatis, et oleum ad exercenda divina misteria, seu cuiuslibet spiritalis negotii subsidium a quocumque episcopo cum res exigit apostolica largitione percipere. constituentes per huius decreti nostri paginam atque omnino interdicentes hoc nostri privilegii decretum infringere omnibus cu-

iuslibet ecclesiae presulibus vel cuiuscumque dignitatis preditis potestate sub anathematis interpositione et dampnatione et iudicii obtestatione coeterno anathemate plectendum esse censemus Quicumque presumpserit per quodvis ingenium vel argumentum aut exquisita occasione presentis constituti a nobis praefati monasterii existere temerator. Data VII kalendas novembris. imperante domno augusto Constantino a deo coronato magno imperatore. anno XL. III. anno XXIII. (1) sed et Leone imperatore filio eius anno X. Inditione prima.

Apollenaris christi misericordia indignus humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea ss. †

Otto in dei nomine episcopus in hunc privilegii textum manu mea ss. †

Iulianus humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea ss. †

Felix humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea ss. †

Felix peccator et episcopus in hoc privilegii textu manu mea ssi. †

† BENE VALE. †

(1) Nelle note pubblicazioni mancano le parole - *anno XLIII*, che reggono del resto; poichè l'anno 43 sarebbe dell'impero di Costantino, come il 23 lo sarebbe della sua incoronazione (FANTUZZI, *Mon. di Ravenna*, *V.* 214. Bolla Pont. 5 febbr. 759.

XI.

An. 765.

Desiderio ed Adelchi donano al monastero di s. Salvatore in Brescia le proprietà di Cunimondo da Sermione, a lui confiscate per aver egli ucciso un gasindo di Ansa regina.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. 2, p. 8.
TROYA, Cod. Dipl., V, 323. — ODORICI, Stor. Bresc., III, 41, Cod. Dipl. ORTI-MANARA, Sirmione illustrato, 199.

Da un apografo Quiriniano del secolo XI.

Flavius Desiderius et Alchis viri excellentissimi reges monasterio domini et redemtoris ac Salvatoris sito in Brixia, quod nos Deo iuvante una cum coniuge et genitrice nostra Ansa regina a fundamentis edificavimus et dicatae Deo Anselpergae abbatissae dilectae filiae et germanae nostrae. Manifesta causa est et certa clarescit veritas eo quod diabolo suadente, octavo et sexto anno regni nostri (1) *Cunimundi filii quondam Cunimundi de Sermione* (2)

(1) L'apografo si volle errato negli anni di Desiderio e di Adelchi: ma non è tale che per coloro cui, pubblicandolo, piacque aggiugnere la data del 13 giugno, che dall'apografo non risulta, copiandolo dalla carta di Cunimondo, che sarà data, mentre il primo non dovrebb'essere anteriore al marzo. Il nono anno di Desiderio principiava nel marzo del 765. *Ingrediente anno IX:* così una Carta di quel mese e di quell'anno, di Monte Amiata, mentre un'altra del febb. 759 (BRUNETTI, *Cod. Dipl. Tosc.* I, 566-67) se determina il primo anno di Adelchi assunto al trono in febb. più altre preferiscono altra data pel nuovo re, partendo dall'incoronazione di quest' ultimo che fu dall' agosto al settem. (TROYA, *Cod. Dipl.*, V. 48, e 353).

(2) Cunimondo da Sermione sul lago di Garda, uomo di splendidi natali e di grandi fortune, cui lo stesso Desiderio aveva donate al-

comisit scandalum intra sacrum palacium nostrum et occisit in ibidem *Manipert gasindum gloriosae Ansae* excellentissimae reginae coniugis et genitricis nostrae. Et dum ad aures excellentiae nostrae pervenisset, fecimus eum capere et in vinculis mittere, et omnes res eius secundum ut Edictum continet paginam inpublicare. Nos itaque considerantes omnipotentis Dei misericordiam et mercedem animae nostrae, providimus omnem eiusdem Cunimundi substantiam in praedicto coenobio concedere et per presentem nostrum donationis preceptum in ibi confirmare ut diximus rebus eius ubi ubi per singula loca ipse Cunimund habuit et possidit, quando ipsum homicidium perpetravit tam mobilibus vel immobilibus rebus in integrum. Sed misericordia mota ipsa gloriosa coniux et genitrix nostra obsecravit Nos ut cum ipso Cunimund aliquam misericordiam faceremus de prefatis rebus eius ut usufructuario nomine eas habuerit dum vixerit, ne cum necessitate vitam suam finiret et post dicessum secundum quod superius legitur omnibus rebus eius in ipso sc̄o devenirent monasterio. Nostra

cune terre, uccideva nel palazzo reale un Maniperto gasindo di Ansa. Secondo la legge XXXVI di Rotari doveva essere dannato a morte; e benchè paia si fosse da Cunimondo *redenta*, dirò alla longobarda, l'anima sua, Desiderio, secondo l'Editto, gli confiscava i beni, donandoli al monastero di s. Salvatore in Brescia. La pietà di Ansa pare ottenesse all'omicida l'usufrutto di que' beni, e che sol dopo la morte sua passassero in potestà delle vergini bresciane. Anzi pare che la buona regina gli concedesse ancora di poter offerire a qualche basilica Sermionense, ed a redenzione dell'anima sua, qualcuna delle terre confiscate. Tanto potrebbe argomentarsi dalle due carte XVII e XIX legate al fatto per noi riferito.

quidem gloriosa a Deo servata potestas considerans redemptoris nostri promissa ubi dicitur dimittite et dimittetur vobis, et animae nostrae mercedis atque iam nominatae coniugis et genitricis nostrae congruam obaudientes petitionem, cedimus in sepe dicto ṣcō venerando loco omnibus rebus eiusdem Cunimudi quicquid habere visum fuit per singula loca familias edificia diversisque territoriis cum massariciis et aldiariciis casas omnia et in omnibus ut diximus quicquid illa die quando malum ipsum perpetravit per quod levi ingenio possedit, eo videlicet ordine ut dum ipse Cunimund advixerit usufructuario nomine ipsas res possidit nec alienandi aut in qualicumque loco vel ecclesia per quo quovis ingenium dandum post eiusdem Cunimundi decessum omnibus rebus eius deveniant ad iura suprascripti monasterii qualiter inibidem per donationis nostrae preceptum datae atque firmatae sunt sicut ibidem omnia manibus nostris propriis tradidimus ipsum sanctum monasterium illibata possideat quatenus ab heredibus habens hoc nostrum donationis securitatis preceptum securo nomine ipsas res sc̄s locus possideat, nec nullus dux gastaldio comes accionarii nostri contra hoc nostrum donationis ac securitatis preceptum audeat ire quandoque, sed nostra firmitas in ipso venerando loco vel tuae religioni vel successarum tuarum stabilis permaneat. ✝

XII.

Ann. 765, 13 giugno.

Cunimundo da Sermione, cui erasi per le preghiere di Ansa, perdonata la pena del commesso omicidio, dona parecchi beni ad alcune basiliche della natale sua terra.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. II, p. 9. — TROYA, Cod. Dipl., V, 325. ORTI-MANARA. Sirmione illustrato, Cod. Dipl., n. 3, p. 200. ODORICI, Stor. Bresc., III, Cod. Dipl., n. XXV.

Da un apografo Quiriniano dell' XI secolo.

† In nomine Domini regnantibus dominis nostris Desiderio et Adelchis viris excellentissimis regibus, anno pietatis regni eorum in Dei nomine nono et sexto die decimotertio de mense iunio indictione tertia. Ego in Dei nomine *Cunimund* filius quondam bonae memoriae Cunimundi propter salutem dixi. Quanta dixi dèsideria animae et expedit voluntatem. Oportet enim mihi Cunimundo dum in hoc saeculo sum semper illas res ut quando venerit ante tribunal $X\overline{pi}$ ut securus possim ante eius maiestatem adsistere in hoc saeculo et in futuro mihi pertineant ad salutem. Dono atque cedo ego Cunimund in ecclesia *sc̄i Martini in castro sermionense* (1) et in ecclesia *sc̄i Viti* similiter in castro *Sermione*,

(1) Castello dell'antica SIRMIO, penisoletta sul lago di Garda, caro soggiorno del tenero Catullo, che ne' suoi carmi la rese immortale. L'Itinerario d'Antonino registra la romana MANSIO SERMIONE. L'anonimo Ravennate colloca Sirmio e Garda fra le città subalpine. Il titolo di *Castrum* derivavagli forse dal romano castello di cui restano avanzi nella vetusta località di *Cortine*.

et in ecclesia *scī Petri* (1) in Mavinas, et in ecclesia *scī Martini in Cusenago* in istas supradictas ecclesias dono pro animae meae remedio vel pro luminaribus meis curte mea domo cultile quam habere visus sum in *Gosenagio* prope *fluvium Alisionem* (2) cum omni pertinentias suas: in primis casam ipsam domo cultilem meam et omnes tectoras infra ipsam terminacionem meam scandolicias vel pallioricias cum stabulo meo seu molino ad ipsam curtem pertinentem, similiter omnes breidas meas ad ipsam curtem pertinentes, terras arvas cum pratis silvis vineis salectis, et omnes colonos ad ipsam curtem pertinentes; volo ut habeant ipsas ecclesias casale meo in loco ubi dicitur *Stulengarius* cum omnibus colonis qui ipsam terram per carta ilam percolere videmini cum casas et omnes tectoras ut ipsi taliter persolvant in ipsis sanctis locis qualiter in meos dies mihi Cunimondo persolvere visi fuerunt, et habeant casale meum in *Marmolendolo* cum omni pertinentia sua vel colonis qui ipsam terram a tributario nomine ad laborandum habere visi sunt in ipsis sanctis titulis persolvant qualiter ante hos dies mihi persolvere visi fuerunt, et volo ut habeant ipsae ecclesiae pratum meum quod mihi *ex dono*

(1) Esiste ancora, nè senza traccie di fabbrica romana. Anteriormente al secolo VIII fu convertita in basilica, ricostrutta ed ampliata da poi, cioè dal cadere del XIII al principiare del sec. XIV (si veggano le tavole monumentali dell'Orti nell'opera citata).

(2) Nella carta 4 ottobre 760 vedemmo *Gussunagus in finibus Sermionensi*. Il prossimo fiume Alisione non potrebb'essere quindi che il gramo torrentello *Rivel Grande* sboccante nel lago a mattina della penisola, precisamente ad *Osteria*, dove il Persico (*Guida di Verona*, T. II) ed altri con lui ritrovavano qualche resto della *Mansio* romana.

domni regis advenit prato cum silva insimul tenente. Et volo ego Cunimund ut ipsas res supra et totum qualiter supra leguntur habeat ecclesia scī Martini in castro Sermione omnia tertia porcione, reliquas duas porciones habeat ecclesia scī Viti ut ipsas res deveniant ad iura monasterii domini Salvatoris cui pertinent predictae ecclesiae quae mihi Cunimondo in hoc seculo pertinent ad salutem, et manifesta est mihi Cunimondo quia omnes servos vel ancillas liberos dimisi pro animae meae remedio, in eodem vero ordine dum ego Cunimund vel coniux mea *Contruda* advixerimus in nobis servitium servavimus ipsorum, et post nostrum amborum disessum sint liberi et absoluti permaneant.

XIII.

An. 766, 20 gennaio.

Adelchi re conferma le proprietà ed i privilegi del monastero di s. Salvatore in Brescia.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. 2, p. 9 — TROYA, Cod. Dipl., V. 343.

Da un apografo Quiriniano dell' XI secolo.

FLAVIUS ADELCHIS VIR EXCELLENTISSIMUS REX. Monasterio domini et redemptoris nostri Salvatoris sito intra civitatem nostram brixianam quam domna et genitrix nostra Ansa regina a fundamentis edificavit et sacrate Deo Anselpergae abbatissae dilectae germanae nostrae vel cuncte congregationi monacharum ibidem consistentibus. Quamvis a divinae potestatis auxilio excellentia regum videatur esse

sublimata et corda eorum in omnipotentis sint dextera colligata, tamen perspicuum aptumque nobis cognoscitur esse, ut quod tantae potestatis gloria regalia feliciter sceptra gubernant, ut non solum tantummodo suis tueantur precibus, verum etiam ubicumque ecclesiarum dei fuerit unita congregatio vel reliqua templorum omnium Dei eorum valeant orationibus sublevari, quantomagis illarum ex orationibus monacharum quae semper ante omnipotentis oculos in singulis pernoctantes cenobiis, et coram conditoris presentia incessanter vigilant, et puris coscientiae mentibus lacrimas fundunt, earum possumus sublevari iuvamine. Quapropter sicut sublimam nostram postulavit clementiam religio tua per hoc tranquillitatis nostrae pragmaticum firmamus in ipso sancto coenobio vel tuae delictioni omnibus rebus mobilibus et immobilibus diversisque territoriis universisque edificiis, familiis, animaliis, atque vasa sacra, auro, argento, erramenta, ferramenta, vel qualicumque scirfas, omnia et ex omnibus in integrum quibus ex dono domnorum et genitorum nostrorum regum vel aliorum hominum atque per venditionem commutationem, seu livellario nomine undecumque aut per qualicumque genio vel titulo tam intra ipsam civitatem brixianam seu foris, aut per reliquas omnes civitates nostras qualescumque res ut diximus mobiles vel immobiles, ad ipso Sco monasterio adveneret pro quovis capitulo, et modo presenti die habere possidere probamini, omnia et ex omnibus in integrum, quatenus amodo et deinceps habentes hoc nostrum firmitatis preceptum securo nomine omnia valeamini possidere. Dantes etenim

in mandatis cunctis ducibus, comitibus, gastaldiis, universisque gentibus vel actoribus nostris, ut nullus ullis unquam temporibus contra ea quae nostra firmavit atque statuit potestas, in aliquo audeat molestari, sed nostris felicissimis et futuris temporibus nostra firmitas in ipso sancto et metuendo loco, vel successarum tuarum stabilis maneat et persistat.

Ex dicto domni regis per Ansemund notarius et ex ipsius dictato scripsi ego petrus notarius. Actum *Ticino in palatio,* vigesima die mensis ianuarii. Anno felicissimi regni nostri in dei nomine septimo pro indictione quarta feliciter.

XIV (1).

Ann. 766, 3 marzo.

Adelchi re convalida i diritti e le proprietà largite al monastero di s. Salvatore in Brescia dai regi Astolfo, Desiderio ed Ansa, da Verissimo suocero di Desiderio, e dai fratelli di Ansa, Donnolo ed Arighiso chierico.

MARGARINO, *Bull. Cass.* T. II, p. 10.
ODORICI, Stor. Bresc. III, 45, Cod. Dipl. — TROYA, V. p. 349.

Da un apografo Quiriniano del secolo XI.

FLAVIUS Adelchis, vir excellentissimus REX monasterio domini et redemptoris ac Salvatoris quam...

(1) Dopo la Carta di Liutprando pel sale di Comacchio, sarebbe questa la decimaterza da me conosciuta che tocchi di bresciane cose, ma forse la più importante. Pongo tra le imposture l'attributa a

dominus et genit. . . . Desiderius piissimus rex et Ansa gloriosa regina vel nos intra civitatem brixia-

Giustiniano (a. 565) pubblicata dal Cujaccio, da parecchi sostenuta, e sulla fede del Troya (*Stor. Ital.* III, 224), del Rossi (*Stor. Ravenn.* 170) e d'altri, accolta un giorno da me (T. III *delle Storie Bresc.* p. 22). Falsa è pure, benchè già ritenuta dal Muratori, dal Troya, dal Brunati (*Santi Bresciani*, II) e da me stesso (*Op. cit.* 32), la bolla di papa Zaccaria pel monaco bresciano Petronace (a. 748). Col presente diploma Adelchi, fratello d'Anselperga, le conferma pel suo cenobio le proprietà quali venivano da'suoi genitori, e innanzi ad essi da re Astolfo concedute. La costruzione di quel convento potrebbe adunque sospettarsi anteriore al regno di Desiderio. Nel presente diploma troverebbe il Muratori (*annali* 766) avvalorata l'*immaginazione* (com' e' la chiama) del cronista Malvezzi, che farebbe cittadino di Brescia l'ultimo re de' Longobardi, indicandone anzi i larghi possedimenti (Malv. *Chron.* R. I. S. XIV, c. 87) in Leno, Gottolengo ecc. Comunque vogliasi, è certo che in Leno appunto *antequam regnum cepisset* (*Cron. Leon. ann.* 883, in *Ant. It. M. Aevi.* T. IV, col. 943) innalzava Desiderio una basilica, e che un'antica leggenda di s. Giulia in Brescia, data in parte da un codice Estense del sec. XIV (*Chron. Sicardi in* R. I. S. VII, *col.* 577) è detto *nobilis vir civitatis Brixiae*. Anche la cronaca di Rodolfo notaio l'asserirebbe pressochè colle identiche parole. Ma quella cronaca è un'invenzione de' secoli posteriori. Molti e sommi critici italiani, Lupo, Zamboni, Tiraboschi, Doneda, Zaccaria, Labus, Brunati, Manzoni, tenevanla genuina. Sulla loro autorità la difendeva io stesso dalle accuse del Wüstenfeld e del Bethmann (*Arch. Stor.* N. S. X, p. 11), ma vinto dalle stringenti argomentazioni del primo (e duolmi che la prescritta brevità mi tolga di qui recarle in tutta la potenza loro), ne sospetto fabbricatrice qualche postera mano, e chi sa forse il medesimo Biemmi; ond'io correggo lo stemma Desideriano da me recato (*Storie di Brescia* II, 272). Fra i documenti che lo avvaloravano, citava allora il testamento di Attone, vescovo di Vercelli, difeso e dato dal Troya (*Di Everardo, figlio di Desiderio* ecc. 1845) e dal Maj (*Script. Vat.* VI, II, 4-9), ritenuto dallo stesso Brunati. Quel documento è anch' esso un'impostura, la quale per dinastiche adulazioni regalavaci un duca Ermenulfo padre di Desiderio, e due figli di quest'ultimo, Everardo ed Ansprando, com'ebbe a lungo e già da tempo il Wüstenfeld addimostrato.

Lo stemma di Ansa e di Desiderio sarà così meno ricco, ma più certo. La storia bresciana perderà qualche duca, e col dramma romano della vergine Scomburga, non so quanti aneddoti affibbiati

nam a fundamentis . . . . i sacrate Deo Anselperge abbatissae germanae nostrae vel cunctae congregationi monacharum . . . . . praeclarae excellentiae nostrae preceptum suprascriptorum genitorum nostrorum ubi legebatur quatenus . . . . . esserant in predicto sancto cenobio vel tuae religioni. primum omnium claustra ipsius monasterii cum . . . . . singulis edificiis atque area cum omnia coherentia ibidem pertinente qualiter eidem domino et genitori nostro . . . . venerande memorie *Astulfo* concessum fuerant, aut quod ibidem postea per comparationem, donationem, commutationem, aut pro quodlibet ingenio . . . . conquisierat cum omnia et in omnibus sicut posita et clausa atque constructa

al sec. IX, e pur troppo fatti omai popolari; non rincrescevole perdita, se denno attribuirsi ad un guastamestieri del secolo XVIII.



esse comprobatur, cum omnibus fa .... intrinseco ibidem ab ipsis genitoribus largitis. et concesserant inibi per ipsum suum preceptum curtem unam in loco cui vocabulum est *Cerrepicto* (1) .... mobilibus et immobilibus rebus in integrum sicut ad ipsam curtem pertinebat, qualiter prefato domno et genitore suprascripto domno Astulfo rege illi fuerat concessa, vel quod postea per comparationem, donationem, aut quocumque genio conquisierat.... simulque etiam et concesserant in ipso verendo loco curtem unam positam in loco qui *Ripa alta* (2) vocatur, cum omnibus edificiis diversisque territoriis, mobilibus et immobilibus rebus in integrum ad ipsam pertinentem curtem. quidem et donaverat in iam nominato almo loco omnem illam substantiam quam eorum advenerat de *Verissimo* (3) *socero et genitore ipsorum avioni nostro*, vel de *filiis eius idest Arichis clericus et Domnolo.* quam etiam et concesserat in ipso sancto monasterio omnes res illas quibus in nostra persona *tempore ducati nostri* predictus arichis clericus per cartulam donationis

(1) Veggasi la nota in calce alla pag. 6 del docum. II, a. 759. Nel presente poi risulterebbe la corte di *Cerropicto* già donata da Astolfo re dei Longobardi a Desiderio che nel trono gli succedeva.

(2) *Ripa-alta.* Parecchie Rivalte si conoscono, ma questa è forse località bresciana.

(3) *Verissimo* suocero di Desiderio, chi sa forse interrato co'suoi figli Arichi e Donnolo nel bresciano monastero di s. Salvatore, dove Ansa probabilmente ebbe tomba ricordata negli antichi rituali del celebre convento. Qualche scavo nella basilica longobarda, esistente tuttavia, non sarebbe al tutto inopportuno. Si leggano intorno al sepolcro di Ansa i versi attribuiti a Paolo Diacono, pubblicati dalla Società delle Scienze di Lipsia, ed a me fatti conoscere dalla gentilezza dell'egregio Prof. BETHMANN, illustratore del Varnefrido (*Storic Bresc.* II, 72, n.° XLIII dove sono riprodotti).

contulerat. hec autem omnia superius scripta, cum omnibus edificiis universisque territoriis, cum bovibus et bubulcis, cum diversis *animalibus* (1) utriusque sexus, etatis, simul cum familiis servos pro servis liberos pro liberis, cum omnia et in omnibus mobilibus et immobilibus rebus in integrum, sicut potestati eorum pertinuere in ipso verendo loco per iam dictum suum preceptum contulerant possidendum. Qua de re postulavit religio tua excellentiam nostram ut in ipso metuendo loco iam dictum praeceptum de supradictas curtes cum omnia ibidem pertinentes, per nostrum roboratissimus renovationis deberemus confirmare praeceptum. Nostra quidem sublimis atque preclara potestas considerans ipsius redemptoris nostri retributionem atque intercessiones de *suprascriptorum* (2) *corpora qua in ipso sancto cenobio humata quiescunt*, vel vestris sacris orationibus per hoc nostrum preclarum preceptum donamus et confirmamus inibi claustra ipsius monasterii cum omnibus edificiis ibidem constitutis, simul cum area ubi superestant, sicut positum vel clausum atque constructum esse comperitur de quantum inibi intra suprascriptam brixianam civitatem habere vel possidere, undecumque aut pro qualicumque titulo presenti tempore. Simulque etiam et donamus inibi predictas curtes idest in *Cerropicto* vel *Ripa alta* cum omnia et in omnibus

(1) Non *avialibus*. Cade quindi per sè la nota del Troya, che a proposito di questo passo, pubblicava intorno agli *aviali*.

(2) Così l'antico apografo, donde il natomi sospetto qui si parlasse delle ceneri di Verissimo e figli suoi. Ma un passo d'altra Carta del 771, che verrà data, potrebbe farci credere nel *suprascriptorum* della presente, un errore dell'amanuense, per *sanctorum*.

nunc presenti die ad ipsas curtes pertinentes, vel quod inibi usquemodo conquisites aut in antea conquerere potueritis per quodlibet ingenium. Veruntamen et donamus in sepe dicto sancto monasterio omnes res illas quas domno genitori vel genitrici nostrae advenere de *Verissimo* avione nostro, atque de *Arichis* clericus et *Donnolo* filiis eius tam curte illa in *Temoninas* (1) cum massariis vel omnia quicquid inibi usquemodo conquistates undecumque et ad ipsam curtem modo pertinere videtur: quam etiam et donamus in suprascripto monasterio per hoc nostrum regale preceptum omnibus rebus illis quibus in nos Arichis clericus per cartolam donationis contulit tam in ipso loco *Temoninas* quamque et *Fistolinas* vel ubicumque ipse Arichis ad suas habuit manus, sicut cartula ipsa legitur. Hec omnia superius scripta cum diversis territoriis universisque edificiis, cum familiis animaliis, cum omnibus mobilibus et immobilibus rebus in integrum servos pro servis, liberos pro liberis in sepe dicto sancto cenobio cedimus, conferimus, et possidendum firmamus: atque etiam pro mercede animae dominorum et genitorum nostrorum vel nostra firmamus atque donamus in suprascripto sancto monasterio omnibus rebus pro qualicumque locis constitutis in finibus Austriae Neustriae vel Tussiae (2) quibus inibi per precepta suprascriptorum

(1) *Temoninas*. Forse *Temoline*, bresciana terra nel Distretto di Adro poco lungi dal lago d'Iseo.

(2) *Austriae*, *Neustriae*, *Tussiae*, note suddivisioni dell'agro longobardo, di che veggasi il Sigonio (*De Regno Italico*), il Baretta (*Corogr. Ital.*), il Troya (*Cod. Dipl. Long.*) e va dicendo.

genitorum nostrorum atque per nostra precepta largite vel conlate atque firmate sint. Insuper etiam et firmamus inibi omnes cartulas de singulis rebus mobilibus et immobilibus atque de familiis, idem donationes, venditiones, commutationes, obbligationes, atque libellos vel omne monimentum quod ad ipsum monasterium pertinet. similiter et omnibus rebus illis quibus usque nunc presenti die habere et possidere pro universis locis probamini pro quocumque genio, omnia inibi cedimus et possidendum firmamus, quatenus ab hac die habens ipse sanctus et metuendus locus hoc nostrum donationis, firmitatis, et securitatis preceptum securo nomine valeat possidere. et nullus dux, comes, gastaldius, vel actionarius noster contra hoc nostram donationis renovationis firmitatis et securitatis preceptum audeat ire quandoque sed omni in tempore nostra donatio atque firmitas in ipso sancto monasterio tibi vel successarum tuarum stabilis debeat permanere et persistere semper. — Ex dicto domni regis per Ansemund notarius et ex ipsius dictato scripsi ego Petrus notarius. Actum Ticino in pallatio. tercia die mensis marcii, anno felicissimi regni nostri in dei nomine septimo, per indictionem quartam feliciter (1).

(1) Si avverte che nell' apografo, come negli altri della stessa età, in luogo delle virgole per noi preferite, esistono punti, che si lasciarono soltanto dove cessa il periodo.

XV.

Ann. 767, 12 novembre.

Re Desiderio largisce due molini al monastero di s. Salvatore in Brescia.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. II, p. 11.
ODORICI, Storie Bresciane, III, 48, n.° XXIX dei docum.
TROYA, Cod. Dipl. Longob., V. p. 426.

Da un apografo Quiriniano del X secolo (1).

Flavius Desiderius vir excellentissimus rex monasterio domini Salvatoris fundatum intra civitatem nostram brixianam seu Ansilperga sacrata Deo abbatissa dilecta filia nostra. Per presentem preceptum potestatis regni nostri ob amorem ipsius redemptoris nostri et stabilitatem gentis nostrae Langobardorum donamus atque cedimus in ipso coenobio mulinas duas insimul molentes positas in aqua quae exit de *curriculo* (2) qui decurrit intra suprascripta civitate brixiana foris *muros civitatis ante portam beatissimorum martirum Faustini et Iovitae* (3) sicuti

(1) Quattro sono gli antichi apografi Quiriniani di questa Carta. I due più vetusti sono del x od xi secolo. Un altro va ricco di fregi, e d'una storica miniatura, in cui re Desiderio offre dal trono alle prostrate vergini bresciane, avvolte in bruna e lunga veste, l'atto di donazione dei due molini, ed è del 29 settemb. 1449. Un terzo è del 9 ottobre 1333.

(2) L'acquedotto romano di cui veggasi la nota (1) della pag. 22, relativa al doc. IV del 25 marzo 761.

(3) La stessa Porta Milanese (ora porta Bruciata) della Carta 17 aprile 761, chiamata ancora dei martiri Faustino e Giovita, forse da quando Faustino vescovo di Brescia (IV secolo) ne trasferiva, come parrebbe (*Martyrol. Adon.*), le sacre ceneri dalla antica Porta Cremonese alla basilica Faustiniana (BRUNATI, *SS. Bresciani*, I, 176), che terrei quasi da quel presule fondata, e della

ad curtem nostram publicam vel ad *curtem ducalem* (1) pertinuit una cum areales *et platea ibi posita* vel accessiones et omnia pertinentia sua in integrum sicuti nostrae potestati pertinuit vel ad supradictas curtes nostras fuerunt possessae. Eo tamen ordine ut potestatem habeat omni in tempore pars predicti monasterii si voluerit ibi molinas habeat vel si claudere voluerit ipsa aqua quae ad ipsa molina decurrit aut quod eorum oportune fuerit faciendi absque omni publica contradictione quatenus ab odierna die habens hoc nostrum donationis praeceptum securus ipse sanctus locus valeat possidere et nullus dux comes gastaldius vel accionarius noster seu aliqua persona contra hoc nostrum praeceptum donationis valeat ire quandoque. Sed omni in tempore nostra donatio in ipso sancto et metuendo loco stabilis debeat permanere atque persistere semper. Ex dicto domini regis et ex dictatu andreaci notarii. scripsi ego quaspert. Si quis igitur temerario ausu (2) quod minime credimus huius

quale ha ricordo ne' dialoghi di s. Gregorio (sec. VII). E proprio a Porta Bruciata è una piccola rotonda, forse del decimo secolo, col titolo di *s. Faustino riposo*, monumento singolare per la storia dell'arte. Da un latercolo del 1153 è chiamata *s. Faustinus super pot.* cioè *portam*, o fors' anche *pontem*.

(1) Nella *Brescia Romana* (Parte I, per Gilberti, 1852) ho già discorso della Curia o Corte Ducale di Brescia contigua allora all'acquedotto istesso ed alla Porta Milanese, dove i molini di s. Salvatore qui ricordati, nel sec. XII avean nome dalla Porta Bruciata, susseguita alla romana.

(2) Le parole - *Si quis igitur temerario ausu etc.* fino ad *ibidem ordinatae*, benchè risultino dagli apografi più antichi, si manifestano ad un tratto come l'una di quelle postere superfetazioni colle quali venivano alterati, specialmente dagli ordini claustrali, Diplomi e Carte d'ogni fatta, che talvolta inventavano di tutto punto.

nostrae munitalis firmamentum irrumpere temptaverit, sciat se compositurum auri puri libras cccco medietatem kamerae nostrae et medietatem sanctae dei ecclesiae iam dictae seu abbatissae ibidem ordinatae. Actum in civitate *cremonense* duodecima die mensis novembris anno feliciter regni nostri in dei nomine undecimo per indicionem sextam feliciter.

(1) In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio indictione prima die nono octobris super palatio maiori comunis Brixie, presentibus domino Lanfranco de Gorzonibus Iudice, Petercino de Campobasso et Instachino Pulmoi notariis testibus. Ibi coram domino Boldino de Provaglio Iudice consule Iustitiae Brixiae in quarterio s. Alexandri et eius verbo et auctoritate.

Ego Brixianus de Provalio notarius una cum infrascriptis Alventino et Nicolao notariis autenticum huius exempli vidi legi et abscultavi et sicut in illo continebatur ita et in isto scriptum reperi nil addito vel diminuto quod sensum vel sententiam mutet et me verbo dicti consulis subscripsi et signum meum apposui.

In Christi nomine anno millesimo die loco testibus et indictione proxime suprascriptis. Ibi coram dicto consule et eius verbo et auctoritate. Ego Alventinus de Alventis notarius una cum suprascripto Brixiano et infrascripto Nicolao notariis autenticum huius exempli vidi legi et abscultavi et sicut illo continebatur ita et in isto scriptum reperi nil addito vel diminuto quod sensum vel sententiam mutet et me verbo subscripsi.

(1) Soscrizioni notarili apposte all'apografo del 1333.

In Christi nomine amen die loco et testibus millesimo et indictione suprascriptis. Ibi coram dicto. Ego Nicolaus de Tenchis notarius.

XVI.

Ann. 767, dicembre.

Lettere del suddiacono Giobiano e d'altri, colle quali si donano ad Anselperga badessa del monastero di s. Salvatore in Brescia le peschiere Feronianensi.

MURATORI, *Ant. M. Æ.*, T. II, p. 219.
TIRABOSCHI, Mem. Mod. Cod. Dipl., T. I, Doc. 1.
TROYA, Cod. Dipl., V, pag. 430.

Regnantes domni nostri Desiderii et Adelchis reges, regni eorum undecimo et nono die VI de mensi decembris per indictione VI feliciter. Dilectissima nobis semper donna Anselperga a Deo dilecta abbatissa monasterii domini Salvaturi scita in civitate Brexia quam domnus Desiderius rex a fundamentis edificavet. Ideoque nus Iobianus subdiaconus, Amantio filius liberi, Martinorum, Stephano filius Albino, Beatus, Lupicenus ac Martino. Cogitanti Iobiani Benenato donatores nus presentes presentibus dixi: illas iura firmissima, que et spontanea conferitur voluntate scrivere providimus beatitudinis tue, ex nostra duno tibi concedere visi sumus piscarie sortis nostras, que ex integro in loco ubi nuncupatur *Rio torto terreturio Feronianensi* (1) per designatas locas,

(1) *Riotorto.* Secondo il PARENTI, annotatore del *Dizionario topografico Estense* del TIRABOSCHI, qui tratterebbesi (T. I, 282 di

idem de uno santerio quod tenet fine inter ipsis donanti et Martino Gastaldius, et de alio santerio quod currit cluza uno capo tenente in ipsa cluza, et de alio capo Iohannes filius Domineco habente et infra designatas locas nobis nunc reservamus fini tua que supra Anselperge abbatisse confirmamus potestate vestra habendas et possidendas et tuis . . . defendendas aut quicquid exinde facere aut iudicare volueris, in vestra tribuimus potestate. Et nunquam nobis liceat nolle quod voluimus dare semel vobis concessa, sed omnia sicut superius legitur . . . . . nos inviolabiliter conservare promitomus. Acto in vico *Bisbetum* feliciter.

Ego Iobianus subdiaconus in hanc cartulam donationis a me facta manu subscripsi.

† Signa manus Amanti filius condam Liveri, qui hanc cartola donationis fieri rogavit.

† Signa manus Martini Peliculi, qui hanc cartola donationis fieri rogavit.

† Manus Stephani filius memorati Albino, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Beati, qui hanc cartola donationis fieri rogavit.

† Signa manus Benenati filius Stephani, qui hanc cartola donationis fieri rogavit, qui iuxta lege sua Langobardorum recepit launechit manente par uno.

quel Dizion.) non del torrente di quel nome, che si getta nel Panaro, come vorrebbe il Tiraboschi istesso; ma di largo tratto di paese chiamato *Riotorto*, nel territorio dell'antico castello Feroniano sul Modenese, che subissatosi nel x secolo, diede luogo al lago di Pavullo.

† Signa manus Lupiceno, qui hanc cartola donationis fieri rogavit.

† Signa manus Martino, qui hanc cartulam donationis fieri rogavit.

† Signa manus Iohannis filius bone memorie Donati testis.

† Ego Lampertus notarius rogatus ad suprascriptis donantis in hanc cartula manu mea testis subscripsi.

Ego Gaidoald rogatus ad suprascriptis donantis in hanc cartula donationis manu mea testis subscripsi.

Scripsit ego Godstalco notario postradita coram testibus relegi, complevi et dedit.

XVII (1)

Ann. 768, 19 aprile.

Alano abbate del monastero di s. Maria in Sabina, permuta alquanti beni con Ansilperga badessa del convento di s. Salvatore in Brescia.

FATTESCHI, Mem. dei Duchi di Spoleto, p. 271, n. 81 del Reg. di Farfa.
TROYA, Cod. Dipl., V, 454.
ODORICI, Storie Bresciane, T. III, n. XXVIII del Cod. Dipl.

Regnantibus dd. nn. Desiderio et Adelchiso filio eius viris excell. regibus. Anno piissimi regni eorum in Christi nomine XII et VIII (*recte VIIII*), die XIX mensis aprilis, indictione VI. Placuit atque bona voluntate convenit inter v. v. *Halanum abb.* monasterii s. Dei

(1) Mi valgo d'una copia esattissima dataci dal p. LUCHI, più completa di quella del FATTESCHI, posseduta dalla Quiriniana, e già recata nel mio Cod. Diplom. Bresciano.

Genitrix Marie siti in *Sabinis* (1), nec non et Hisilpergam *(sic)* sacratam Deo abbatissam monasterii domini Salvatoris fundati infra muros civitatis brixianae constitutum a suprascripto principe, ut in Dei nomine debeat dare ipse Halanus abb. ante dictus eidem Anselpergae abbatissae in causa commutationis, idest cellulam unam (2) cum ecclesia s. Petri, quae est posita in suprascripto fundo sabiñ. loco qui dicitur *Clasicella*, cum omnibus suis pertiñ., qualiter ab Ansperto et Guandalberto praepositorum ipsius cellae fuit directa vel possessa, tam in ipso loco Classicellae, vel ubi ipse Anspertus casas habet levatas et terras, seu et aliam cellam in finibus *Vederbensium*, in loco qui dicitur *Fagianus*, cum omnibus suis pertiñ. in integrum, qualiter ab Anselmo de *Vederbo* (3) et Aimone genero eius fuit possessa. Has suprascriptas duas cellas cum omnibus suis pertinentiis in integrum cum terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, montibus, astallariis, ripis, rupinis, paludibus, cultis et incultis, divisis vel indivisis, cum familiis et mobilibus vel immobilibus rebus, omnia in integrum, sicut usque nunc a suprascriptis Ansperto et Guandilperto, Anselmo et Aimone fuerant possessa vel directa, quantum in presenti die ad ipsas duas cellas pertinet. Et ad invicem ipse Halanus

(1) *In Sabinis.* L'agro Sabino, cui l'Aniene divideva dalla Campagna di Roma, come il Tevere lo separava dalla Toscana.

(2) *Cellulam.* Nei latifondi dai monaci posseduti solevano gli abati erigere qua e colà dei piccioli eremi collocandovi alcuni claustrali, ch' ivi traendo la solitaria loro vita, sorvegliassero ad un tempo la coltura di quelle sterminate terre ed i servi ad esse avvinti. Quei poveri monasterioli si chiamavano Celle.

(3) *Vederbo.* Viterbo.

a suprascripta Ansilperga abbatissa iterum in causa commutationis curtem unam, quae est posita in finibus *reatinis* in loco ubi dicitur *Vallantis*, cum casis massariciis et aldioriciis, cum familiis et servis, liberis, proliberis, aldionibus, proaldionibus, cum diversis territoriis, cum terris, vineis, pratis, silvis, pascuis, astallariis, ripis, rupinis, montibus ac paludibus et cultis vel incultis, divisis vel indivisis, mobilibus vel immobilibus rebus sese moventibus omnia in integrum, quantum legibus ad ipsam curtem pertinere videtur.... (1).

XVIII (2).

Ann. 768, 22 ottobre.

Rotari abbate di s. Salvatore in Monte Celio, vende ad Anselperga badessa del monastero di s. Salvatore in Brescia quarantotto iugeri di terra in Sicela ed in Faone.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. II, p. 11. — TROYA, Cod. Dipl., V, 480.

Regnante domino Desiderio et Adelchis filius eius viris excellentissimi regibus, anno pietatis regni eorum in Christi nomine duodecimo et decimo, vigesimo secondo die mensis octobris, indictione septima. Vobis Ansilperge sacrata Deo abbatissa monasterio Domini Salvatoris sito intra civitate brixiana, quae

(1) Mancano le soscrizioni dei testimoni e del notaio, nè v'ha menzione del luogo in cui la permuta fu stipulata.

(2) Tratta da copia del secolo passato, nel Cod. Quiriniano. A. VI, 18, pag. 377.

domino Desiderio et Ansa regina a fundamentis edificaverunt, ego *Rothari* vener. abbas monasterio Domini Salvatoris fundatum a bonae memoriae *Wualchori maiordomui* (1), sito super fluvio Pado in *Monte Celli* (2), p. p. praedixit. Manifesta causa est quoniam ipse Wualchori statuit per suum iudicatum, ut res eius quod his cognominatae reliquisse omnia post eius obitum vel *Retrude* coniugi eius fieri venundatas per manus abbati, qui in ipso monasterio esset in tempore, et pretium ipsum propter anima ipsorum dare pauperibus. Modo inveni ego Rotari abbas in *Sicela* et in *Fao* iugis quadraginta

(1) Soprastante della casa; originariamente, un servo preposto ad altri (*Lex Salica* XI): qualche volta governatore di piccoli tenimenti (GUERARD IRMION. 442). Il *Maiordomus regis* aveva sotto di sè l'economia della Corte e delle vaste proprietà della Corona, della quale riscuoteva le entrate, come ne propugnava le ragioni, rappresentandola nei giudizi. Confondevasi talvolta collo *Stolsaz*, che è quanto dire luogotenente del re (*stol*, luogo, *saz*, posto), e apparirebbe tal altra come un giudice del Sacro Palazzo. Lo *Stolsaz*, al pari del Maggiordomo, serviva nelle mense regali. Presso i Franchi era quella del Maggiordomo carica eminentissima, nè debbe confondersi colla assai più modesta dei longobardi, che la ponevano dopo gli *Stratores*, e non so quali altre dignità. Documenti longobardi del 686, 715, 762 etc. parlano di Maggiordomi; e se arrestasi il DUCANGE con perdonabile predilezione, a quelli dei Franchi, non avrebbe dovuto farsi quasi dimentico della carica longobarda.

(2) *Monte Celli*. Fra le molte località di quel nome, potrebb'essere od il *Monticelli* (d'Ongina) sul Parmigiano, già della diocesi Cremonese poco lungi dal Po, ricordato in una carta del 1168 (TIRAB. *Cod. Nonant.*), ov'era un monastero di S. Maria, cui Lotario imp. confermava nel 1137 alcuni beni, come da carta Cremonese che il dr. CEREDA comunicava allo STUMPF (*Reichskanzler*, p. 286, n.° 3337). Potrebb'essere ancora il *Monticelli* in Corte d'Olona sul Pavese, vicinissimo al Po, nè lontano dalle foci del Lambro, chi sa forse il rammentato dal testamento (a. 879) d'Ansperto Arcivescovo di Milano (FUMAGALLI, *Cod. Santambros.*, p. 457).

et octo terra aratoria seu vitis, omnia ad pertica legitima iugalis de duodecenos pedes, et si in suprascripta tua loca plus abuero, omnia in vestra sit potestate, excepto illud quod iam antea laudaremi *(sic)* per cartula comutavit (1). Nam aliud omnia ex omnibus rivis, rupinis, paludibus et pascuis quidquid mihi in suprascripta tua loca super ipsa mensura legibus pertinet, omnia in vestra Ansilperge abbatisse vel successorum vestrorum sit potestate faciendi exinde quidquid volueritis. Quia suscepi in presentia testium ego Rotaris abbas a vobis Ansilperga abbatissa ex saculo ipsius monasterii vestri pro misso vestro in auro solidos novos protestatos ac coloratos numero quadraginta quatuor finitum pretium pro suprascriptis rebus superius nominatis. Nihil mihi in suprascripta loca aliquid reservassem sum professus. Sed dico me meosque omnis exinde a presenti die foris exissent. Quidem et spondeo ego suprascriptus Rotaris abba cum meis successoribus suprascriptis omnibus in integrum ab omni homine defensare vobis Ansilperge abbatisse seu successorum vestrorum. Quod si defendere minime potuero ego aut meis successoribus, tunc dupla suprascripta res in integrum sicuti in tempore melioratas fuerit, in suprascripta loca et in ipso monasterio vestro restituamus, et nihil mihi ex pretium rei suprascripte aliquid reddere dixi. Acta feliciter. Rotaris humilis abbas huic cartula manifestationis a me facta relegi subscripsi. Iohannes notarius testis subscripsi. Garimond notarius testes subscripsi. Ego Aufret notarius regis scriptor huius cartule post tradita complevi et dedi.

(1) Il rimanente, che manca all'apografo, è secondo il MARGARINO.

XIX.

(An. 769, 29 marzo).

Natalia di Gisolfo stratore vende ad Anselperga badessa del monastero di s. Salvatore in Brescia la sua parte della corte di Alfiano.

MURATORI, *in Antiq. Ital. Medii Aevi*, T. I, col. 525.
ASTEZATI, *in Comm. de Obsid. Brixiae Evang. Manelmi*, *1728*, in fine, pag. 3, note.
TROYA, Cod. Dipl. Longob., T. V, pag. 484.

Dall'autografo presso Ippolito Cereda.

Regnante domno Desiderio et Adilchis viri excellentissimi reges, anno pietatis regni eorum in Dei nomine tertiodecimo et decimo, sub die quarta kalendarum aprilium, indictione septima. Constat me Natalia filia bone memorie *Gisulfi stratoris* et coniux Adelberti, ipso tamen Adelberto jugale meo consentiente et subter confirmante, nec non etiam et parentibus meis, sicut aedictus contenit, idest *Arichis* qui fuit *gastaldus in Bergamo*, et Gisilbert filius quondam Grisilissi, in quorum presentia professa sum seu et testium, qui et subter signa facturi sunt, nulla me violentia pati, sed bona et spontanea mea voluntate nullius cogentis imperio accepissim, sicuti et in presentia testium accepi a te Anselberga dicata Deo et abbatissa monasterio Domni Salvatoris, situm intra civitatem brixianam et fundatum a domno Desiderio piissimo rege et ab Ansa gloriosa regina genitoribus tuis per missum tuum, auri solidos nobos recentes atque protestatos ac coloratos nomero mille finito pretio pro terra juris mei juges plus menus nomero centum viginti ad justam men-

suram, quam habere visa sum in fundo *Alfiano*, qualiter usque nunc Rodoin de Bitteus cum germanis et nepotibus suis in concambio ab Alchis quondam jugale meo habuerunt in integrum, seu et ipsa casa iuris mei massaricias nomero duas, quae sunt positae in fundo *Sualco* atque *Proisica*, habentes ambae insimul terram per mensuram justam juges nomero quadraginta. Una ex ipsis casis regitur per Guidoald liberum hominem, et alteram quae fuit recta per quondam Ursonem massarium; atque pro portione ex familia mea, quae michi legibus pertinere videntur et pertineant de portione illa in fundo Alfiano, unde cum suprascripto monasterio tuo ante hos annos commutationem feci, et predictam portionem ex familia in mea reservavi potestate, quando ipsam commutationem feci, et michi ex jus parentum a quondam Gisulfo genitore meo advenerunt, excepto Ursonem puerum et Anselenda, quod in mea reservo potestate. Quae vero denique terra in suprascripto fundo Alfiano, sicut supra legitur, et casas massaricias duas in fundo Proisca vel Sualco et predicta familia in integrum, preter duo nominati quod michi superius reservavi, cum omni iure, pertinentia et accedentia sua in integrum ab hodierna die vobis, quorum supra Anselberga abbatissa vel monasterio vestro, vindo, trado et mancipo, nulli alii vinditas, donatas, alienatas aut traditas, et adsero quia nichil michi in suprascripto fundo Alfiano, necque de rebus prenominatis necque de familiis, preter ut supra Ursonem et Anselenda, meo iuri aliquid reservasse professa sum, necque de suprascriptis casis massariciis, sed dico me meosque omnes

exinde a presenti die foras exissent; et si in suprascriptis duabus casis menus de quadraginta juges fuerint, debeam vobis illas subplere in quantum menus fuerit in vico *Bolesingo* in optimo loco. Quidem et spondeo me ego qui supra Natalia suprascriptas res vel familias atque casas massaricias cum omni iure et pertinentia sua in integrum ab omni homine defensare; quid si defendere menime potueremus, ego qui supra Natalia vel mei heredes tibi prenominatae Anselbergae abbatisse vel successoribus in prefato monasterio tuo dublas res sub estimatione pretii vel familia, sicut supra legitur, restituamus, qualiter in illo tempore adpreciate vel meliorate fuerint, et nichil michi ex suprascripto pretio aliquid reddeberi dixi. Acto Ticino feliciter.

Signum † manus Nataliae, quae hanc cartulam vinditionis fieri rogavit.

† Ego *Adelpert andeper* (1) *domnam reginae* in hac cartola vindicionis ad me vel ad conjuge mea Nadalia facta ad omnia suprascripta et per mea largidade facta testis et consencens subscripsi.

Signum † manus Arigis de Bergamo, qui ut supra ad omnia suprascripta testes et consentiens, filius quondam Luponi. Signum † manus Gisilberti fil. quondam Gricerissi, qui ad omnia suprascripta ut supra testes et consentiens.

† Ego Alperto *gasindio domne regine* in hanc cartulam vinditionis rogatus ad Nadalia testes subscripsi, que ipsa me presente signum fecet.

(1) Così leggo nell'autografo. *Andeper*, forse per *vandeport*: del che si vegga alla soscrizione *Bellerifons anteporo domne regine* della Carta XXII, 25 settembre 771, la nota che lo riguarda.

Signum † Arioald manus *Arioaldi gasindi domni regis,* qui nomen suum scripsit, filius bone memoriae Aloardi testes. Signum † manus Gisulfi de *Sebrio* (1) *gasindus domne reginae* fil. quondam Tassiloni testes.

† Ego Gausoala huhic cartola vindicionis rogatus ad Nadalia cugnada mea consentiente Adelpert iugali eius seo parentibus ipsius testis subscripsi, qui me presente confermaverunt, et subrascriptos mille solidos in presente acceperunt et ei relecta subscripsi.

† Gonpert notarius regie potestatis huic cartule vinditionis rogatus ad Nadalia consentiente Adelpert jogale eius seu parentibus ipsius testis subscripsi, qui me presente confirmaverunt, et subrascriptos mille solidos in presenti accepit et ei relectum est.

† Ego Martinus clericus et notarius scriptor huius cartule, quam post traditam complevi et dedi.

XX.

Ann. 769, 13 maggio.

Vendita di Stavile alla ricordata Anselperga, di terre in Alfiano.

Odorici, Codice Diplom. Bresciano, parte VI, pag. 138, n. 295.

Da un apografo pergamenaceo presso il dottor Ippolito Cereda (2).

Regnante domno Desiderio et Adthelchis viris excellentissimis regibus, anno regni eorum in Dei

(1) *Sebrio.* L'attuale Castel Seprio, Prov. di Como, Distr. di Tradate, chiamato città nella celebre Carta del 12 maggio 721 pubblicata dal Fumagalli (*Cod. Santambr.* p. 1. 2) e ricordato in più altre del sec. ix (*Idem*, a. 807, ecc. ecc.).

(2) L'apografo parrebbe della prima metà del secolo xii. Già dell'archivio del monastero di S. Salvatore in Brescia, passava

nomine tertiodecimo et decimo, sub die hodie idus madii, indictione VII. In Christi nomine. Constat me *Stavile*, consenciente michi et subter confirmante genitore meo Benigno, *legem vivens Gothorum* (1) habitante in *Sablonaria* (2) *civis brixianus*, accepissim sicuti de presenti accepi ad te Ansilperga dicata Deo abbatissa monasterii Domini Salvatoris situm in civitate Brixia ex saccolum ipsius monasterii per misso vestro auri solidos numero trecentos, hoc est finito precio pro curticella domo cultile una in fundo que dicitur *Alphiano* prope fluvio Olleo, que michi ex iura et successione genetricis mee bone memorie Benedicte obvenit una cum casas massaricias servorum et liberorum ad ipsa curticella pertinentes ibique constitutas per locas. Que curticella domo cultile seu casas massaricias ad eam

all'età nostra in quello dell' Ospitale di Cremona, possessore qual era (nè so come) delle bresciane pergamene 17 settembre 759, 10 settem. 761, 29 marzo 769, qui da noi riportate.

(1) *Legem vivens Gothorum.* Questa formola inusitata, quando non debba credersi interpolazione, darebbe al documento una importanza non comune. Un dotto germanico, amico mio, per questo appunto lo rigettò. In quanto a me, detratta quella formola, e fors'anche il *civis brixianus*, parmi avere tutti i caratteri della sincerità. Vero è non trovarsi nelle carte longobarde professione di legge qual si voglia (benchè Franchi ed Allemanni vi si leggano più volte ricordati), tranne in una sostenuta dal TROYA e per altri messa in dubbio: ma nella nostra non veggo proprio il perchè di una simile interpolazione. Ad ogni modo, è una Carta che fa pensare; e quando potesse provarsi totalmente sincera, le due formole per noi citate sarebbero sol esse una grande rivelazione.

(2) *Sablonaria.* Probabilmente *Sabbioneta*, grossa borgata nella provincia di Mantova, distretto di Viadana. Un' altra *Sablonaria*, se non è pure la stessa, è in un atto dell'841 di Ramperto vescovo di Brescia. Il più antico docum. di Sabbioneta veduto dal RACHELI (*Storie di Sabbioneta*, 125 nelle Cronache ms. dello SPALLANZA da me indarno ricercate, è dell'827; ivi è chiamata *Castrum Sablonetae*.

pertinentis, cum edificiis et arteficiis, areis, ortora, vineis, pratis, pascuis, silvis, casis, arvis, cultis et inculto, mobile et immobile cum familias, deinde servos, proservis, liberos, proliberis, antepósitos illos qui exinde *Insula* iam ante tempus tuli vel usque in kalendas marcii istas, que modo preterierunt inter presentem indictionem VII; nam alias omnes familias simul cum cuncta adiacencia et pertinencia ad eundem pecculie, domo cultile vel casas massaricias pertinentes, sicuti a me possedentur ex iure iam dicte genitricis mee, una cum illud conquestum quod in iam fato fundo Alphianum de singulis hominibus facere visus sum, et usque in presentem die ibidem pertinuit ex omnibus et in integrum, et nichil michi de quantum ad ipsa curticella, scilicet de domo cultile vel massario pertinente esse probant, aliquid juri meo reservabo, non alicui quod exinde datum vel quoquo modo traditum vel alienatum habere profiteor. Et spondeo omnia qualiter superius comprehensum est, ab omni homine defensare; quod si defendere minime potuero, ego Stavile vel mei heredes tibi Anselperge abbatisse, vel successoribus tuis et in sacro monasterio... orum in duplum rebus ipsus ipsis melioratis, sicut pro tempore fuerint, sub estimationem restituamus. Quam vero cartam venditionis Laurentio notario scribendum rogavi. Que ego Atto notarius per ipsius dictatum scripsi.

Actum in locum *Leonis* (1) ad ecclesia sancti Salvatoris feliciter.

(1) *Locum Leonis*. Leno, grossa terra del Bresciano, ora capo di Mandamento del Circondario di Verolanuova. Re Desiderio, pro-

Benignus *venerandus* (1) in hanc carta venditionis consenciens filio meo confirmans subscripsi.

Staviles venerandus hanc cartolam venditionis a me facta relegi subscripsi, testibus obtoli roborandi, et suprascriptos trecentos soldos in presenti accepi.

Signum † manus *Grasulfi* ⁊ (*sic*) (2) domni regis filii quondam Ansfrit de *Humili vico* testis.

Signum † manus Tachinpertido *gasindius* domni regis filius quondam Rodoald de *Muciano* (3) testis.

Signum † manus Landoni *gasindius* domni regis filius quondam Lampert de Muciano testis. Dominator venerandus rogatus ad Stavile consenciente ei Benigno genitore eius in hanc cartola vinditionis testis subscripsi.

Galdradus venerandus rogatus Stavile consenciente Benigno genitore ejus in hanc cartola venditionis testis subscripsi.

Ego Laurentius notarius huic carte vinditionis rogatus a Stavilem consencientem Benigno genitore ejus scribere dictavi subscripsi, quam post traditam complevi.

babilmente Bresciano, *antequam regnum cepisset* (Anon. Leon. in *R. Ital. Script.* IV), cioè prima del 756, vi aveva eretto un tempio al Salvatore, quello appunto qui ricordato, ed al quale Desiderio stesso aggiugneva nel 758 il *Monasterium Dni Salvatoris loco qui dicitur Leones* (*idem*), i cui diplomi, già pubblicati dal Luchi e dal Zaccaria, verranno fino al X secolo qui riprodotti.

(1) *Venerandus.* Manca nel Ducange e nel Carpentier. Forse l'amanuense del XII secolo a modo suo compì la voce espressa nell'originale col solito V (*venerabilis*).

(2) Forse *marescalcarum* (per *dei marescalchi*) *dni regis.*

(3) *Muciano.* Forse il *Muggiano* del Fumagalli (*Cod. Santambr.*, p. 567) ch'esso trova corrispondere al *vico Mucciano* di un contratto dell'807 (p. 116) *acto Brixie*, che sarà dato più innanzi. Ma forse meglio qualche luogo bresciano di assai difficile riscontro moderno.

XXI.

Ann. 771, luglio.

Re Desiderio riconferma al cenobio di s. Salvatore in Brescia le donazioni di Adelchi suo figlio.

MARGARINO, *Bull. Cass.*, T. 2. p. 12.
ODORICI, Cod. Dipl. Bresciano, P. I, n. 34.
TROYA, Cod. Dipl., P. V. p. 602.

Da un apografo Quiriniano dell' XI secolo.

..... Desiderius vir excellentissimus rex monasterio domini et redemptoris nostri Salvatoris sito intra civitate nostra brexiana, quam nos Christo iuvante una cum reverentissima coniuge nostra Ansa regina a fundamentis construximus, et sacrate domna Anselperge abbatisse dilecte filiae nostrae : detulisti excellentie regni nostri, eo quod excellentissimus Adelchis rex filius noster germanus tuus atque gloriosa conjux nostra Ansa regina genetrix tua contulissent per preceptas donationis singulis rebus in ipso sancto monasterio in finibus nostris Austrie vel Neustrie, *Spoliti* et Tuscie curtes cum massaritias ac bovulcaritias et aldiaritias casas cum montibus et alpibus, lacoras et piscationes cum familias et animaliis diversisque edifitiis et terretoriis tam mobilibus et immobilibus rebus in integrum. Qua de re postulavit excellentiam nostram dilectio tua, ut ipsas omnes preceptas, quod in isto monasterio intra Brexia, quam et quod in illo intra muro civitatis nostrae *Ticino* ad nobis et ad suprascriptam coniugem

nostram constructum (1) in honore domini Salvatoris atque omnium apostolorum et sancti Danihelis ab ipsis Adelchis rege filio nostro atque Anse regine dilecte conjuge nostrae emissi sunt, per nostrum roborantissimum deberemus confirmare preceptum. Nostram quidem maximam atque sub.... tas considerans ipsius Redemptoris nostri retributionem atque intercessionem *Sanctorum eius, quorum corpora in suprascripta sancta cenobia humata quiescunt* (2), unde quisupra .... nostrae vel de cunctas Dei ancillarum ibidem laudes reddentes congruum et inoffensam obaudientem postulationem, per hoc serenitatis nostrae donationis et firmitatis praeceptum.... atque firmamus omnibus rebus pro singulis locis constitutis, quibus ab ipsis filio et conjuge nostra in jam memorata sancta monasteria per preceptas datas aut firmatas..... familia, edificia, animalia omnia et in omnibus movilibus et immovilibus rebus in integrum, atque vasa et *thesauro* (3)

(1) Oltre al monastero ticinese di s. Maria, di cui veggasi la Carta del 4 ottobre 770, parrebbeci da questa, fosse l'altro pur di Pavia, qui ricordato, sottoposto al bresciano di s. Salvatore.

(2) Da simili parole qui parrebbe rettificato l'errore dell'amanuense della Carta 3 marzo 766 già recata, ov'ebbe a scrivere *suprascriptorum corpora* (dei congiunti di Ansa e Desiderio), per *sanctorum corpora*. E veramente le ceneri di S. Giulia e dei mm. Ippolito e Pimenio si veneravano già d'allora in quel cenobio (Brunati, *Vite dei Ss. Bresciani*, II, 242). Al loro martirio si riferiscono per l'appunto i bassirilievi di un longobardo capitello della cripta di s. Salvatore da me pubblicato nelle *Antichità Cristiane di Brescia*, Parte I, Tav. II.

(3) All'antico tesoro di s. Salvatore, già descritto nel sec. XVII dalla monaca Baitelli, sospetto appartenesse la Croce gemmata del sec. VIII, e la istoriata Lipsanoteca del IV, o V, che dal chiostro passavano nella Quiriniana; monumenti già dati anch'essi nelle ricordate *Antichità*, Tav. V, VI, VII. In quanto alla Croce, d'arte raven-

et ornamentorum ex auro argentoque vel gemmis... actum et operatum ut diximus, omnibus rebus movilibus et immovilibus, qualiter jam superius legitur scriptum, quidquid aut quibuscumque rebus vel specibus sive ex auro, argento..... diversisque pannos ab ipsis dilectissimis filio et conjuge nostra Ansa regina in jam nominata sancta et verenda monasteria datum, largitum atque firmatum est, vel in antea Deo juvante ibidem per nostram et suas contulerant animas, omnibusque rebus inconvulse sine ulla deminutione per hoc cessionis et firmitatis nostre preceptum ipsa sancta valeant in ipsa monasteria, quatinus ab hac die habens hoc nostrum donationis, firmitatis et securitatis ..... omnia superius scripta predicta sancta monasteria valeant possidere. Et nullus dux, comes, gastaldius seu actionarius noster contra hoc nostrum donationis, firmitatis et securitatis preceptum audeat ire quandoque, sed omni in tempore nostra donatio atque firmitas in presuprascripta sancta monasteria vobis vel successarum vestrarum stabiles m.....

nate, già dissi dubitarla parte del tesoro da re Desiderio involato nel 770 alla chiesa di Ravenna, e data forse al monastero di s. Salvatore coi *vasi e gli ornamenti e le gemme* in questa Carta riconfermati. Sospetto ancora nel vetro aureografico istoriato di quella Croce una moderna fattura, dividendo in questo l'opinione del Garrucci (*Vetri figurati ecc.*, pag. 230, ediz. del 1864). Potrebb'essere tuttavolta una riproduzione d'altro più antico. Il tesoro cui allude questa Carta, essendosi rapito nell'877 da Carlo il *Grosso*, diede origine alla fiera lettera di papa Giovanni VIII (27 marzo di quell'anno) contro il barbaro rapitore. Il vetusto rituale di s. Giulia ordinava che nel giorno della Santa, levato quel tesoro *extra arcas*, che si tenevano in s. Maria del Solario, si deponesse sull'altare di s. Salvatore, per esservi durante la notte custodito da quattro uomini *de fidelibus monasterii*.

Ex dicto domno regis Perandreate referendarium et ex ipsius dictatum scripsi ego Petro notario. Acto Brexia die mensis iulii anno felicissimi regni . . . . . xv per indictionem viiii feliciter.

XXII.

Ann. 771, 25 settembre.

Permuta di beni fra Anselperga badessa del monastero di s. Salvatore in Brescia, ed Andrea chierico da Sermione.

Odorici, Antichità cristiane di Brescia, p. 18, e Cod. Dipl. Bresc., P. I, doc. n.° XXXV.
Troya, Cod. Dipl., V, p. 607.

Da un apografo Quiriniano dell' XI secolo.

Regnantes domnos nostros Desiderio et Adelchis filius ejus veris excellentissimis reges anno pietatis regni eorum septimodecimo et terciodecimo, sub die septima calendarum octubris, inditione decima. Comutatio bone fidei noscitur esse contractum, vecim emcionis opteneat firmitatem, eodemque nexo obligat contraentes. Placuit itaque et integram voluntatem convenit inter Anselperga sacrata deo abbatissa monasterii domini Salvatoris, quod est constitutum intra muri civitatis brixiana, nec non et *Andreas clericus* filius condam Atgemundi abitator in locum que nomenatur *Gosenago finis Sermionis* (1),

(1) Nelle Carte 4 ottobre 760, n.° IV, e 13 giugno 765, n.° XII, vedemmo codesto Gusenago in *finibus Sermionensi*, ai limiti cioè della *Iuditiaria* di Sermione di un docum. del 774, il cui distretto era quindi ben altro, che limitato alla sola penisoletta, come notammo

ut in dei nomine dare debeat, sicut ante hos dies calendarum septembris q. preteriti, et dedit his ipsa Anselperga sacrata deo abbatissa jam nominato Andrea clericus in causa comutationis curte juris monasterii ipsius domini Salvatoris, quam habere videtur in locum quem nomenatur Axegiatula [1] territorio *vicentino*, que fuit quondam Ildeperti, idest casis vel omnes edificiis seu curte, orto, aria, campis pratis, pascuis, vineis, selvis astalariis, ripis, ingressus, accessionibus usibusque aquarum, cultum et incultum, quod est de portionem ipsius quondam Idelperti, et avit in se mensura singula teritoria ioges nuvero cento sexaginta et nove ad mensura legitima de duodecimus pedis, et quod amplus fuerit de ipsas centosexaginta et nove ioges, suprascripta Anselperga abbatissa de selva, quem inibi est, in sua vel monasterii sui reservavit potestatem. Et ad vicim

la chiesa *s. Martini in Gusenago prope fluvium Alisionem*. Poichè quest'ultimo potrebb'essere il torrentello Revel Grande sboccante nel lago di Garda ad Osteria, parrebbe il santuario di s. Martino corrispondere all'omai fatto celebre per la battaglia del 24 giugno 1859, colà vinta, nella grande giornata di Solferino, dall'armi nostre contro la tedesca rabbia. Il longobardo Gusenago fu campo adunque, per quanto sembra, del terribile scontro. Il che se fosse vero, le ossa dei valorosi colà caduti venivano depositate il 24 giugno 1870, nel tempio già longobardo di s. Martino, posseduto nel secolo VIII da Cunimodo di Sermione, uccisore di Maniperto gasindo di Ansa regina. Aggiungasi che negli sterramenti praticati nel tempio, affine di collocarvi le ceneri di que' gagliardi, a molta profondità del pavimento àpparivano i resti di un altare, chi sa forse della cripta primitiva.

(1) Vane riuscirono le mie ricerche, del pari che le fatte per me dal cortese ab. CAPOROZZO bibliotecario di Vicenza, sulla terra vicentina qui nominata, se non fosse per avventura la villa d'Aseliano poco lungi da Orgiano, che gli antichi documenti di colà chiamano *Axigiano*, *Axegiano*, ecc. E veramente quest'ultima denominazione alquanto si accosterebbe all'*Axegiatula* longobarda.

recepit his ipsa Anselperga abatissa ad suprascriptos Andreas clericus in causa comutationis idest curtis ipsius juris cum omnem ad se pertinentem, quam avere videtur in ipso locum Gosenago ubi abitare visus est; unde manifesta causa est qua ipse Andreas, ut superius diximus, calendas septembris quoque preteriti et ipsa curte vel omnibus rebus suis dedit atque tradidit in potestatem Anselperga abbatissa vel monasterii eius et wadia dedit cartola faciendum comutationis fide iosore posuit Biffone, et ab illo usque nunc parte suprascripte Anselperge abatisse vel monosterii ejus omnes res ipsius Andree habuit et posedit, et est ex ipsas res casas duas masaricias de ipsa curte pertenente; una de his casis in vico que nominatur *Bononio,* que excolere visus fuit quondam Audolo, alia casa in vico *Febresa* (1), quod laborare videtur Rodoaldo homo livero, seu et terra de domo cultile in locum quod nominatur *Regula*, una cum molino et omnia edifitia sua in fluvio *Mentio,* simul et terra in *Mavino* (1) vel selva et pratos in *Gambo,* nec non et casa cum terris vel olivetas in *Caonno,* atque casa una massaritia in *Magrinas,* que laborare videtur Theodoro homo suprascripte Anselperge abatisse, et terra in locum qui nominatur *Montecello* ex ipsa casa pertenente, et terra intra *curte Sermionensi* una cum porcione sua de casa que inibi est, seu olivetas simul et por-

(1) *Bononio*, e *Febresa*, ignote località della corte di Gosenago.

(1) *Mavino*. La sommità del colle di Sermione, ov'è tuttora l'antico tempietto di s. Pietro illustrato dall'Orti (*op. cit.*), e ricordato dalla Carta di Cunimondo qui già recata.

tione sua de *selva in Ligana* (1) in simul, et portione sua ex omnibus quod habere videtur a *Summolaco* (2), idest terra de domo cultile in vico que nominatur *Arqn.* (3) *(Arquano?)*, et portione de casa una massaritia in vico *Prantio* (4), que recta fuit per quondam Valterio, et modo reguntur per Iohannes, quas ..... rebus superius nominatis in prenominatas locas territorio Sermionensi una cum casis vel omnia edifitiis seu curtis, ortis, ariis, campis, pratis, pascuis, vineis, selvis astalariis, ripis, ingressus, accessionibus usibusque aquarum, rupinis, cultum aut incultum de super omnia et in omnibus quidquid in suprascriptas et prenominatas locas habere videtur in integrum, et avit in se mensura singula territoria in primis in Gosenago ioges nomero quinquaginta in Bononio et Febresa de ipsa duo masarias ioges quinquaginta septem, in Regiolas (5) ioges quinquaginta, Mavino et Gambo sexagenta, in Caonno ioges decim et arboris

(1) *Ligana.* L'antica selva di Lugana (da *lucus* bosco) ai limiti di Sermione; la *silva quae Lucana dicitur aut procul a lacu Benaco* d'Eutropio (L. X. 10), dove narra degli Alemanni colà sconfitti verso il 268 da Claudio II, attraversata già tempo dalla via Emilia, cui faceva capo la *Mansio Sirmione* dell'Itinerario d'Antonino.

(2) *Summo Laco.* L'estrema parte settentrionale del Lago di Garda. L'Itinerario suddetto dà l'egual nome a quella del Lario (PARTENY *et* PINDER, *Itin. Anton.* 132). Lo vedremo ricordato per altri documenti. È noto il diploma di Ugone e Lotario, del 937 (MURATORI, *Ant. It. Medii Aevi*, III, 57), ov'è nomata la corte di *Ripa in Summo Lacu*, la presente città di Riva sul lago istesso.

(3) *Arqn.* (*Arquano?*) Probabilmente la grossa terra di Arco al di sopra di Riva di Trento, e però non lontana dalla settentrionale estremità del lago.

(4) *Pratio* (*Prantio?*). La terricciuola di Pranzo poco lungi da Riva e dal castello di Arco, posta vicino al piccolo Lago di Tenno, a destra del torrentello Varone.

(5) Forse il luogo di Regola soprascritto.

olivarum sexagintatres, in Magrinas ioges vigintis, ad Montecello ioges quindecim, et terrola illa intra castro Sermoniensi (1) tabulas quadraginta octo, arboris olive numero sex, et porcione illa de silva (2) in Ligana ioges octo, a Sumolaco ioies quinque et media porcione de terra prato in monte, que est in simul omnes supsascriptas territoria ioges nomero ducentos octuaginta quinque et perticas iogiales numero octo ad mensuram legiptimam de duodecimus pedes, vel si amplius invenitur, ad ubi dedit suprascriptus Andreas clericus res illas quod Altrude genitrice eius avere visa est usufructuario nomine diebus vite sue, ut post eiusdem Autrude decesso deveniat in potestate suprascripte Anselperge abbatisse vel in suprascripto monasterio, idest in primis in Mavino casa cum curte ubi ipsa Autruda comorare videtur, et singula territoria ibidem pertinentem in uno ioges numero vigintiquinque, in Caonno ioges tres terra et arboris olivarum numero sexaginta, in *Golegiano* terra ioges sex, arboris olive tregenta ; in *Cuniculo* casa masaricia una que regitur per Pitone homine libero, et avit terra ioges duodecim, in Gossenago terra ioge una : quas autem terra in prenominatas locas una cum casis vel omnia edificiis seu curte, orto, ariis, campis, pratis, pasculis, vineis, selvis astallariis, ripis, ingressus, accessionibus usibusque aquarum, cultum aut incultum desuper omnia et in omnibus

(1) *Castro Sermionensi*. Di un romano castello, dominante il sommo delle *Cortine* di Sermione descritte dall' Orti, si veggono tuttodì le patenti reliquie. Dalla carta presente parrebbe che la vetusta rocca, fatta longobarda, serbasse ancora i suoi recinti (*intra claustra*).

(2) Il colle dei cipressi, fra quali sorge lo storico santuario di s. Martino di Lugana (vedi a pag. 73, chiamasi tuttavia la *Selva*.

quidquid ipsa Altruda de genitore meo quondam Agemundi rebus avere videtur, quod michi de vestra presenti die obitis ejus in tua cura Anselperge abatisse vel monasterii vestri deveniat potestatem nostra, dum ipsa Autruda advixerit, in ejus sit potestatem suprascriptas res usufructuario nomine, nec alienandi licentia avitura nisi fructuare uso familiis illis, quos ipsa Altruda avere videtur, vel rebus movilibus suprascriptus Andreas in sua vel eredum suorum reservavit potestatem, et est insimul in predictas locas ipsa terra, quod suprascripta Altruda avit, ioges numero quadraginta septe ad mensura legitima de duodecimus pedis et arboris olivarum numero nonaginta. Ea viro ratione, ut post decesso suprascripte Autrude dare debeat suprascripta Anselperga abatissa vel pars monasterii ejus suprascripti Andreae aut heredis eius de selva illa, quod sibi reservavit in suprascriptos locas *Axegiatula*, ioges nomero vegenti nove et perticas iogiale una tabulas vigenta pro illa terra ioges quadraginta septem, quas ipsa Autruda usufructuare visa est, et de illos arbores olivarum numero nonaginta accepere debeat suprascriptus Andreas aut ejus heredis precium ab ipsa Anselperga vel pars monasterii ejus, sicut extimatas aut adpreciatas fuerit, ita accipiat, et si nuluerit ei dare precium, avere et fructuare debeat suprascriptus Andreas ipsas olivas sicuti propria sua; et insuper dedit suprascripta Anselperga abatissa predicto Andrea clerico pro hac comutatione solidos in auro nomero octuagenta: quibus denique rebus superius comprehensis ex omnibus et in integro in predictus locus vel quod amplius abuerit in finibus sermionensi tam ipse Andreas vel geni-

trice eius, permaneat in jura vel potestate suprascripte Anselperge abatisse vel monasterii eius, et nihil sibi ibidem aliquid reservavit, nisi ut supra dictus est usufructuario de illas res, quod avit ipsa Autruda diebus vite sue vel familiis et rebus movilibus, et quicquid pars parti ex rebus superius nominatis et comutatis facere aut judicare voluerint, licentiam habeant in omnibus potestatem, sicut superius legitur. Pena vero inter se posuerant, ut si qua pars parti ipsis aut sucessoris vel heredibusque eorum quoque tempore una alterius se de ipsa comutatione removere voluerint, et noluerint permanere in eo quod superius legitur, aut ab omni homine menime defensare potuerit, tunc componat pars parti fedem reservanti ipsi aut sucessoribus heredibusque eorum ipsa res imremovitas fuerit, aut quos non defensaverit infra ipso locum vel iuditiaria (1) ubi ipsas res fuerit, que perdederit aut non defensaverit ex omnibus in dublo, sicut in tempore fuerint meliorate ipsas res, et presens cartula sua maneat firmitatem. Unde duas cartulas comutationis pari tinore conscriptas sunt.

Actus Brexia sub die regni et indictione suprascripta decima feliciter.

† Andreas clericus huic cartula commudationis ad me facta relegi, subscripsi et testibus obtoli roboranda, suprascriptos solidos in presenti accepi.

(1) *Iuditiaria. Districtus civitatis*, interpreta il Canciani (*Leges Barbaror.*, T. X) a proposito d'una legge di Liutprando del 723, e d'altra di re Pipino. Meglio per altro il Ducange — *Districtus judicis*, - nuovo argomento dell'importanza di Sermione, dove probabilmente un gastaldo longobardo amministrava la giustizia.

† Manus Bertoni *scafardo* (1) *domne regine* testis.

† Manus Astulfi de *Confenlentes* (2) finis Brexiana testis. Liutfret *Vesterarius* huic cartula comutationis rogatus ab Andreate clericus testes subscripsi, qui me presente subscripsit.

Ado *Marscale* (3) huic comudationis cartula rogatus ad Andreade clericus testes subscripsi qui me presente . . . te relegi et subscripsi.

† *Bellerifons* (4) *anteporo domne regine* huic cartula comutationis rogatus ad Andreas clericus testis subscripsi. † Ego Ansoald notarius scripsit huius cartula comutationis rogatus ad suprascriptus Andreas clericus, quam post traditam complevi et dedi.

(1) *Scafardo*. Gli *Scafardi*, o *Scapardi*, o *Scapwardi* (*Schafner*) erano gl' incaricati all' amministrazione del denaro; gli economi talvolta ed i maestri di casa (DUFRESNE, *Gloss. ad ead. v.*).

(2) *Confenlentes*. Quivi ha probabilmente l' uno dei tanti errori de' quali tutta fu ingemmata dal barbaro amanuense del secolo XI la presente carta. Io vi sospetto l' alterazione di un nome corrispondente a *Confluentes*, o *Confluentia*, nome cui di que' tempi altre terre si trovano chiamate. FUMAGALLI, *Cod. Santambr.*, an. 830, pag. 153 ecc.

(3) *Marscale* per *Marescalcus*.

(4) *Belleri fonsuan domne regine* lessi altra volta, e meco il TROYA (*Cod. Dipl. Long.* V., n° 943). Ma parrebbe anche al WUSTENFELD doversi correggere *Bellerifons anteporo domne regine*. La desinenza in *ons* di nomi longobardi apparirebbe da più documenti; ed alla guisa degli *Schiltpori* longobardi (portatori di scudi, PAOL. DIAC., II, 28) potremmo sospettare nella voce *anteporo*, corruzione di *wandeport*, la carica di portatore di veste, o altro ufficio corrispondente al *vesterario*, od al guardarobe di Ansa regina. Il tedesco *gewand* suona *ricca veste*, e la carta qui recata è soscritta ancora da Luitfredo *vesterario* di quella donna regale. Parrebbe quindi errasse il TROYA investigando nella prima lezione *fonsuan* le due voci settentrionali *von* (dei) *suan* (cigni) per leggere l'*uomo dei cigni*. Si vegga a pag. 64 la nota (1).

XXIII.

Ann. 772, 14 giugno.

I re longobardi Desiderio ed Adelchi concedono al monastero bresciano di s. Salvatore la corte di Miliarina ed altri beni su quel di Reggio.

MARGARINO, *Bull. Casin.* T. II, p. 14.
TIRABOSCHI, Mem. Modenesi, T. I, Cod. Dipl., p. 2.
TROYA, Cod. Dipl., P. V, p. 656.

Da un apografo Quiriniano dell' XI secolo (1).

Flavius Desiderius et Adelchis piissimi reges. Monasterio domini et redemptoris Salvatoris constituto intra civitatem nostram brixianam, quae regiam nostram potestatem Deo auxiliante et excellentissima Ansa regina dilecta coniux et genitrix nostra a fundamentis construxit, in quo Anselperga Deo dicata abbatissa dilecta filia et germana nostra, quae *Oriperga* abbatissa esse noscuntur, per praesentem praeceptum potestatis regni nostri ob amorem et retributionem ipsius Redemptoris nostri atque animae nostrae mercedem et stabilitatem gentis istius Langobardorum, donamus atque largimus in iura de ipso monasterio ex *gagio nostro regiense* quae nuncupatur terra silva roncora et prata insimul ad mensura iusta iuges numero quattuor millia per designata et determinata loca a Bono waldeman (2) suprascripti

(1) Molti errori dell'edizione Tiraboschiana vengono qui, dietro l'antico apografo, corretti.

(2) *Waldeman*, forse per *Gualdemann*, uomo del *Gualdo*, quale custode per avventura dei regi boschi. Parrebbe qui misuratore dei 4000 iugeri di terra donati al monastero.

gagii nostri, idest de uno latere da mane quoerentes s...oe de clausura curtis praedicti monasteri de Brixia, quae dicitur *Melliarina* (1), de oplo teclato inter terra monasterii de *Leonis* (2) et monasterio suprascripto de Brixia, exiente per longo per secla deinde per runcoras usque in cornale signato, et exinde in carpeno grosso vel oplo per rovere habentes literas ω in rovere arsa usque in alia rovere verde pertusata per limites et terra in via quae veniat da *Ariolas* (3), et deinde per ipsa via percurrentes per arbores teclatos habentes literas ω, usque in fossa *Scaveriola* exiente in Braida de *Noventa* tenente capite in terra et silva suprascripti monasterii de Brixia, quae inibi advenit de *Cunimund* (4), et de capite ipso per fossato de homines de vico *Bedullio* per prato in stilo ficto et pero teclato, et per runco in furca ficta usque in pero similis teclato, deinde in stilo et rovere teclata et sciente (*exiente*) in frasceneto per prato in terra *Atoni*, et ipso frasceneto apellatur *Toseto*, et per longo de alio latere da sancta *Maria de Fabrega* percurrente Fingaldia inter fine *Campaniola* et selva de *Viniolo* de stilo in stilo terminales inficto per prato usque in terra Garibaldi, et alio capite da sera de fine Garibaldi usque in rovere teclata percurrente in fine usque in rivo et exiente de ipso rivo usque

(1) *Melliarina*. Migliarina, villa modenese, nella diocesi di Carpi.

(2) Di codesta proprietà del monastero Leonense parlano i documenti pubblicati dal p. Zaccaria (*Ant. Badia di Leno*, ann. 1014, doc. XI, ecc.).

(3) *Ariolas*. Ariola, località pur modenese (come lo sono le altre tutte qui nomate), che in una Carta Leonense del 958 è ricordata (Zaccaria, *op. cit.*, d. IV).

(4) Cunimondo da Sermione, l'omicida del gasindo Maniperto. Si veggano le due Carte del 765 già recate.

in fine de inter curte predicti monasterii de Brixia, quae dicitur Milliarina et usque oplo, qui est teclato inter fines de suprascripto monasterio Leonis et fine jam dicti monasterii de Brixia; et omnia superius adnexit, sicut suprascriptas quattuor millia iuges terrae silva, runcora et prata ad jam dicto Bono waldeman nostro designatae atque determinatae sunt, et breve per ipsius Aboni manus rescriptum legere probatur in integrum, sicut potestati nostrae vel palacii nostri pertinuerunt, in ipso dei coenobio per hoc tranquillitatis nostrae donationis praeceptum ibidem cedimus atque donamus, futurisque temporibus possidendum firmamus. Et ut vera firmitas in jam nominata metuenda loca omni tempore maneat, propriis manibus nostris saepedictas quattuormillia iuges terra silva, runcora et prata tradidimus possidendum, quatenus ab ac die habentes hoc nostrum donationis praeceptum securo nomine ipsa sancta monasteria valeant possidere. Dantes denique in mandatis omnibus ducibus, cunctis comitibus universisque gastaldiis caeterisque agentibus nostris, ut nullus eorum contra ea quae nostra donavit atque confirmavit potestas, ullis umquam temporibus in aliquo audeat molestari: sed nostris felicissimis et futuris temporibus nostra donatio in ipsa metuenda loca vobis, quarum supra Anselpergae seu *Oripergae*[1]

(1) *Anselpergae, seu Oripergae.* Anche Desiderata di lei sorella, ripudiata da Carlo Magno, e morta probabilmente nel monastero di s. Salvatore in Brescia, sembra avesse altro nome — *Ermengarda*, preferito dal MANZONI, benchè il SASSI (Note al SIGONIO) lo dica *nullo testimonio subnixus.* Ma forse, come aggiunge BIANCHI GIOVINI (*Riv. Eur., giugno 1845*), non è quello di Desiderata, che una versione latina del germanico Ermengarda.

abbatissae vel successarum vestrarum, stabilis debeat permanere. Ex dicto domini regis per Andream et ex ipsius dictato rescripsi Groso notarius. Acto Ticino in palatio, quartadecima die mensis iunii. Anno felicissimi regni nostri sexto decimo et tercio decimo per indictione decima feliciter.

XXIV.

Ann. 772, 1 luglio.

Il duca Giovanni vende ad Anselperga badessa del monastero di s. Salvatore in Brescia, alcuni beni.

MURATORI, *Antiq.*, I., 151.
TIRABOSCHI, Mem. Stor. Moden., T. 1, Cod. Dipl., p. 3.
TROYA, Cod. Dipl., V, p. 659. — SAVIOLI, Ann. Bologn., T. I, P. II, p. 13.

